Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Ita quoq; de ijsdem casibus, scilicet facile & com-
munifer accidentibus, & per consequens in præ-
sentiarum de feudo propriam naturam habentes
intelligi debent, ut non sint extendendæ ad
casus, qui tanquam raro euenientes in consi-
deratione aliqua non fuerunt habiti.

Sed pleniorem huius sententiæ confirmationem
adducere nunc supersedemus cum in ea præ-
sentis decisionis fundamentum nullum sit po-
situm. Ex ijs autem, quæ allata sunt, satis
intelligitur, hanc quoq; causam, scilicet, quod
Jus Vectigalis & meri Imperij emptione compa-
ratum sit, pro asserenda foeminarum earumq;
liberorum successione non temere sed Juridice
adduci potuisse. Committimus igitur aliorum
Judicio, an non hæc natura feudi empti petita
ratio longe probabilius pro hac parte afferri po-
fuerit, ac etiamnum possit, quam pro contraria
sententia ~~decisiuè~~ decisiuè allegatum fuerit: Foe-
minas non esse Jurisdictionis capaces &c.
Foeminarum nullam expressam in siteris inuesti-
turarum fieri mentionem, ideo succedere nullo
modo posse: Item hæredibus tantum Vocatis,
eas expresse exclusas fuisse, & ascemq; pro-
pter Juramentum fidelitatis ac seruitiorum
præstationem penitus remotas censeri &c
per ea quæ statim subijcientur.

5. Hec [illegible] ~~Jus~~ ~~Jurisdic~~ ex aduerso
[illegible]